



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

114. An Notarius possit pro absentis stipulari, ita vt non possit donator retrocedere, etiam ante absentis acceptationem? Et quid, si donatio sit firmata iuramento? Et in prædicto casu, quatuor valde ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

ante mortem donataris donatorius, neque per se neque per alium confensit, aut acceptavit: post mortem autem extinguitur consensus donantis, arg. *de rescriptis in 2.* Ergo utriusque consensus in pacti obligationem concurrere nunquam poterunt. Neque secundum dici potest, quia mandatum extinguitur morte mandantis, si executioni nondum dari coepit, iuxta *leg. mandatum, C. mandatis, §. praeterea, Inst. eod.*

4. Verum Amicus *tom. 5. disp. 18. sect. 5. n. 50.* circa praesentem questionem distinguit. Sic enim ait: Gravior difficultas est, si moriatur donator antequam donataris donationem acceptet, an talis donatio censatur acquisita donatario? Ratio dubitandi est, quia mandatum expirat morte mandantis, ut *supra* visum est: ergo mortuo donatore ante acceptationem donatarij expirat donatio. In contrarium est, quia tunc mandatum morte mandantis expirat, quando illud non est coeptam executioni mandati, per literas expeditas, vel per nuncium ad talem finem destinatum.

5. Aliqui affirmant, aliqui negant. Ego distinguendum existimo: nam vel donatio mittitur insinuanda donatario per internuncium, nullo quovis actu publico, & tunc censetur locum habere rationem dubitandi, quod mandatum expirat morte mandantis, vel donatio mittitur per literas authenticas & publicas, & tunc adhuc mortuo donatore iudico donationem acquirit donatario. Quia tunc per literas authenticas scriptas & expeditas acquiritur ius donatario, quod sine aliqua iniuria revocari non potest. Idem esset, si mortuo nuncio, literae ipse per nuncium missae pertinerent ad manus promissarii. Contra verò, si nuncius solo verbo erat promissionem insinuaturus: illo mortuo expirat promissio. Hinc inferitur, talem donationem per literas factam, posse ab haeredibus promissoris, promissore mortuo, revocari. Ita ille: sed ego puto omnes supradictas opiniones esse probabiles.

RESOL. CXIII.

An quis possit acceptare donationem pro absente?  
Et quid si donatio sit firmata iuramentis? Ex p. s. tr. 6. Res. 97.

1. Reiter respondeo, regulariter non posse, *l. si stipulatio, §. alteri, C. de verb. oblig. §. si quis alij, §. alteri, Inst. de inutil. stipul. ita ut nec mandatum generale sufficiat ad acceptandum, seu stipulandum pro alio, Glossa recepta in c. si sibi absenti, verba habueris de prob. in 6. Couar. ib. 3. va. res. c. 16. n. 4. & post alios Sanch. d. lib. 1. disp. 7. n. 4. id ipsum probans n. 5. de fratre, ut pro alio fratre nequeat stipulari, ubi tamen probat verius esse, posse matrem pro filio, & n. 6. patrem pro filio in multis casibus, etiam emancipato, ut probat n. 7. & tutorem pro pupillo, vel curatorem pro minore, ut *ibid.* docet n. 8. sicut & potest filiusfamilias pro parte, seu pro domino, Monachus pro Monasterio stipulari, §. si quis alij. *Inst. de inutil. stipul.* Non ita verò, famulus pro hero, filius sui iuris pro patre, aut matre, discipulus pro magistro, ut tradit Sanch. *d. disp. 7. n. 4.* post Molinam de contr. 264. §. alij verò De Notario, licet plerique velint posse, quos refert Sanch. *eodem disp. 7. n. 11.* tamen verior est contraria, quam *ibid.* post alios plurimos tueretur: at pro causa pia quilibet stipulari potest, ut late ex cōmuniore resoluit n. 19. Id autem quod dictum est, posse quosdam pro aliis stipulari, operatur, ut ipsi stipulantibus non possit donatio vel promissio revocari, etiam ante absentis ratificationem, provt sentiunt praecitati D.D. at praeceteris docet idem Sanch. *eodem disp. 7. n. 12. et 13.* post Molinam *d. disp. 261. §. iure etiam concessum est.* Sed hoc accipiendum est, ut locū habeat, quando verba promissionis diriguntur in praesentem, ut*

promitto tibi, me daturum Titio: secus si dirigantur in absentem, ut promitto Titio, uti satis comprobat Sanchez *d. n. 3.* quidquid sit quoad hoc in tutore & curatore, de quo *ibid.* in quo etiam id negant plerique ab eo laudari: quod si verbis impersonalibus concepta sit promissio, ut promitto me daturum Titio, tunc verius est, valere stipulationem, nec etiam ante ratificationem, revocari posse promissionem, si stipulantis interfuit, ut contra non paucos docet *ibid.* Sanchez, praecipue ex d. 1. stipulatio ista, §. si stipuler, in fin. ff. de verb. oblig. Praeterea accipiendum hoc est in contractibus lucrativis: nam in onerosis & respectivis, ac utroque obli-gatoris omnimò necessarius est consensus absentis, ut idemmet Sanchez satis ostendit; *eod. disp. 7. n. 11.*

2. Vide etiam circa praesentem questionem firmantes supradicta, Faustum in *Spec. Conf. disp. 10. q. 54.* Molinam *1. 2. disp. 264.* Trullenchi in *Decal. 1. 2. lib. 7. c. 17. dub. 5.* Rebullum *p. 2. lib. 18. q. 2.* Villalobos *1. 2. tr. 20. diff. 3. n. 9.* Lessium *lib. 2. c. 18. dub. 7. per totum.* & alios penes ipsos, quibus adde Amic. *1. 5. disp. 18. sect. 4. n. 47.* ubi rectè observat, quod permittunt intra, ut donatio acceptari possit per eos qui sunt sub potestate donatarij, ut manifestè colligitur §. si quis, *Inst. de iur. stipul.* Si quis, inquit, alij quam ei, cuius iuri subiectus sit, stipuletur, nihil agit. Igitur è contrariò, si stipuletur ei cuius iuri subiectus est, validè agit. Ex quo sequitur; validam esse donationem acceptatam à filio nomine parentis; dum est sub patria potestate, à mancipio nomine sui domini, à Religioso nomine Praelati ab vxore nomine mariti: contra verò non valere acceptationem factam à filio emancipato nomine patris, aut matris, à discipulo nomine magistri, à vassallo nomine Principis, à famulo conductitio nomine heri. Caeterum factam ab amico nomine amici, Lessius *lib. 2. c. 18. dub. 7.* validam esse putat. Quod probabile est: valida quoque est facta à tutore nomine pupilli, à Principe nomine subditi, & vniuersaliter ab eo qui aliorum curam gerit. Eandem auctoritatem donationem acceptandi nomine absentis concedunt iura tabellionibus & iudicibus, ut colligitur ex *l. si pupillus, ff. rem pupilli saluam fore.* adiuncta Gloss. & ex c. Quamquam, de usuris, in 6. ut autem promissio validè à praesente nomine absentis acceptetur, debet ad praesentem dirigi.

3. Sed his omnibus non assentit Rodriguez, & distinguit in *sum. 1. c. 172. n. 1.* sic asserens: [La donacion, aunque sea causa mortis hecha al absente aunque sea a vna Iglesia con el acto interior, è exterior no obliga: porque es necesario que concorra el consentimiento de ambas las partes, y aunque se haga delante de Notario que la accepte en nombre del absente antes, que este absente ratifique su aceptación, que se puede reuocar, porque no ay derecho, que de facultad al Notario, para la aceptar fuera de juyzio, y las leyes, que le dan esta autoridad, si bien se ponderan folamente, se lo dan en juyzio, aunque alguna ley mande, que puede aceptar por otro absente, esto se entiendo de la ratihabitacion de dicho absente, como lo enseñan Paulo de Castro, Alexandro, y Decio, a los quales refieren, y siguen Molina, Gutierrez, y el Padre Molina, la qual opinion tengo por mas iuridica que la contraria, que despues de otros defienden Molina, Matienzo, y no importa que iure de no la reuocar: porque esto iuramento como es accessorio a esta donacion segun el valor della, se ha de entender, conuene à saber si la dicha donacion fuere acceptada por el absente, como la prouea Alciato, Alexandro, y Decio; y lo tienen Molina, y Gutierrez contra otros que tienen lo contrario, ne penetrando la sobredicha razon.] Sic ille.

RESOL. CXIV.

An Notarius possit pro absente stipulari, ita ut non possit donare?

Sup. hoc infra in Res. 118. & 119. & si placeat lege doctri-nam alterius Res. eorum primarum annot.

Sup. hoc iuramento magis late infra in Res. 115. & in aliis eius annot.

donator retrocedere, etiam ante absentis acceptationem? Et in praedicto casu quatuor valde notanda considerari debent, qua in textu huius Resolutionis explanantur & docentur. Ex p. 8. tr. 6. Ref. 98.

Supra in Ref. quae hic est 110. §. 2. paulo post in iurium, & in Ref. 111. §. 1. ad medium. Verf. de Notario & infra ex doctrina Ref. 116. §. vlt.

Sup. hoc iuramento in Ref. seq. & in aliis eius primae not.

**D**E hoc casu pauca supra diximus Non obstantem Notarii stipulatione, posse adhuc reuocari ante absentis ratificationem, donationem, vel promissionem, à Notario absentis nomine acceptatam, docet Megala, in 2. lib. 2. c. 1. 1. quast. 1. n. 11. Baldus conf. 200. incip. verba, vol. 2. Paul de Castro conf. 195. incip. Vitis, n. 2. vol. 2. Curtius in iudr, conf. 55. incip. Pro habenda, n. 9. & 10. Natta conf. 253. n. 8. & conf. 315. n. 1. Alciatus in c. cum contingat. de iureiur. n. 230. prope finem, dicens esse communem opinionem, qui hoc ampliat n. 242. etiamsi donatio firmata sit iuramento. Tiraque, tr. de iure confit. 3. part. limitat. 3. n. 8. & seq. Albericus in l. non enim, col. 1. ff. de adopt. Molina de primog. lib. 4. c. 2. n. 69. & seq. Ioseph Ludouicus de iurisdictione, 29. n. 7. 11. & 17. Bertazol. de iur. iur. claus. 18. gloss. 7. n. 2. & 3. & 5. vbi plures alios refert, qui vel hoc non asserunt, vel potius contrarium dicunt. Et hanc opinionem secutus est Sanchez lib. 5. de mar. disp. 7. n. 1.

2. Probat Sanchez hanc sententiam. Primo, quia nullus reperitur textus, qui tribuat facultatem Notario stipulandi pro absente extra iudicium, leges enim id concedentes, si bene expendantur, loqui videntur in iudicio, l. 1. §. exigere, C. de magist. conuen. l. non aliter, ff. de adopt. Secundo, quia licet statuto caueatur, vt alteri stipulari possit, intelligitur secuta absentis ratificatione, vt docent Paulus, Alexander, Curtius, Decius, quos referunt & sequuntur. Molina lib. 4. de prim. c. 2. n. 63. Burg. de Paz q. 10. ciuili, n. 11. Gutt. c. quamuis pactum, in princ. n. 56. ergo quamuis leges concederent, posse Notarium stipulari pro absente, intelligi debet secuta absentis ratificatione.

3. Verum ego, saltem ex generali ac recepta consuetudine, dicendum existimo cum aliis posse Notarium pro absente stipulari, eo quod est persona publica, nec posse promissorem vel donantem retrocedere, etiam ante absentis ratificationem. Hanc opinionem tenent Alex, conf. 53. incip. in causa, n. 7. vol. 7. Corn. conf. 2. vol. 4. vers. Prater ea ius & alia. Ruin. conf. 172. vol. 1. n. 15 & Clarus 119. n. 7. vol. 1. Socinus iunior conf. 65. n. 2. & 9. dicens, omnes ita tenere. Paris. conf. 88. n. 90. vol. 3. Goz. conf. 87. n. 14. Roland. conf. 19. n. 16. & seq. vol. 1. dicens, de consuetudine hoc vbiq. approbati. Couarr. lib. 1. var. c. 14. n. 11. & seq. Iulius Clarus lib. 4. except. §. donatio, q. 13. vers. Primo ego casu. Guttier. c. quamuis pactum, n. 54. Olsch. dec. 33. Nauarr. de iureiur. conf. 60. 10. Seraph. de priuileg. de iuram. ciuili. 24. n. 4. Roman. conf. 511. incip. In causa consultationis, n. 1. vbi additio, in verb. stipulandi, dicit magis communem Boerius, q. 523. in fin. Tobias Nonnius conf. 56. n. 24. Molina r. 2. de iustit. disp. 264. vers. Quarto, tanquam opinio. Fabius Turrer. conf. 60. vol. 2. Seraphin. decis. 84. n. 10. Rota Auenionens. decis. 91. n. 3. Suid. dec. 111. n. 5. & seq. Decianus conf. 1. n. 23. lib. 3. dicens, esse communem. Caualean. dec. 42. seu 13. de contr. n. 15. Afflict. part. 1. super conf. Regni, rub. 73. c. Baiulos omnes, n. 41. Cephal. conf. 33. vers. Quarto loco. Marilian dec. 19. n. 10. Milanens. dec. Sicil. n. 4. & seq. lib. 2. Guid. Pap. dec. 49. Menoch. conf. 92. n. 67. vol. 1. Rodrig. 7. 1. Sum. c. 95. n. 1. Ioan. Francisc. de Ponte, conf. 120. n. 6. vol. 2. Camil. Bortel. conf. 64. n. 15. Ioan. Baptista Cost. de retror. c. 10. effect. 3. n. 4. & de re integra, dist. 27. Cardinalis Tusch. 1. 7. litera S. concl. 703. n. 19. qui hoc extendit ad omnem officialem publicum, vt possit pro alio stipulari in iis qua spectant ad officium suum. Paschalis de virib. par. potest. p. 4. n. 47. Et ita hanc sententiam in donatione facta Ecclesiae tenet Naldus, in Summa, verbo. donatio, n. 22. qui postea

Sup. hoc infra in Ref.

n. 24. docet absolutè donationem stipulatam per Notarium nomine absentis non posse reuocari.

4. Et circa praesentem questionem, praeter Doctores citatos, vide Didacum Narbonam, de atate, & c. an. 15. q. 15. n. 11. vbi ex communi sententia Doctorem firmat. Absenti facta donatio, pro quo Notarius, aut alia quaevis legitima persona stipulatur, statim absque vlla ipsius absentis ratificatione valet. Quidquid in contrarium praeter adductos Doctores, pro prima sententia docet Marcus Antonius var. resol. lib. 2. resol. 40. n. 14. Molina Iuriconsultus lib. 4. de primog. c. 2. n. 67. Pacladorius lib. 2. c. 3. n. 36. Azeuedus in lege 2. n. 2. tit. 1. 6. lib. 5. recopilat. Gutierrez in c. quamuis pactum, n. 53. de pacti. in 6. & alij penes ipsos.

Vnde cum haec sententia sit etiam probabilis, si quis illam sequi vellet, quantum considerare debet. 5. Primum est, non requiri expressam acceptationem donatarij, sed sufficere tacitam. Vt si abens habeat notitiam illius, & non contradicat, sicut dicunt communiter Doctores de donatione facta praesenti & tacenti. Ratio autem est, quia eo ipso consentire dicitur, si absenti, cum ibi notatis per Glossam, & Doctores, C. si certum petatur. Sic Panormitanus, & Felinus, in c. nonne, de praesump. Guid. Pap. conf. 23. n. 12. Rolandus à Valle conf. 19. n. 3. vol. 1. & conf. 4. n. 28. vol. 2.

6. Secundum est, eam sententiam esse veram in hoc sensu (vt ait etiam Theaurus dist. dec. 70. n. 5.) nempe, quod per stipulationem Notarij acquiratur quidem actio absenti post factam donationem, non quidem irrevocabiliter, sed reuocabiliter ante acceptationem: quare si acceptetur illa donatio ab absente post reuocationem etiam citatam à donante factam, vt quia rem illam alteri donauit, non tenet dicta acceptatio, quoniam iam alteri tertio ius quaesitum est. Idem aliter. Vrsill. in addit. ad Affl. decis. 361. n. 43.

7. Tertium, quod si à donante non reuocetur, neque tacite, neque expressè, & moriatur ipse donans, siue ante mortem donatarij, siue post, donatio subsistet, & haeredes donatarij, siue ipse donatarius, poterunt ab haeredibus donantis rem donatam petere. Ratio est, quia illa donatio erat ex parte donantis valida, & perfecta, quous reuocabilis, vt colligitur ex l. nec ambigi, C. de donat. nec fuit ante acceptationem reuocata: ergo poterit donatarius eam post mortem donantis acceptare, & consequenter etiam eius haeredes, quia ipse personam representant. Ita Couarr. rub. de test. part. 3. n. 13. paulo ante finem, Molina, alios referens lib. 4. de primog. c. 2. n. 77. in fine, & aliter Molina r. 2. de iust. disp. 64. §. iuxta haecenus dicta. Sanchez de mar. lib. 1. disp. 6. n. 6. & alij.

8. Quartum, quod si donatio ante acceptationem donatarij reuocata non fuit à donante, post mortem ipsius donantis non poterunt eius haeredes illam reuocare, quia ius reuocandi non transit ad haeredes. Sic Bartolus, & alij, in l. qui Romas §. Flauius, ff. de verb. oblig. Molina alios referens, lib. 4. de primog. c. 2. n. 76. & seq. Couarr. rub. de test. p. 3. n. 14. Vincent. de Franch. dec. 329. n. 2. Iul. Clar. lib. 4. except. §. donatio, q. 13. ad finem. Theaur. dec. Pedemont. 70. n. 9. in fine, Sanchez lib. 1. de mar. disp. 6. n. 5. & alij.

RESOL. CXV.

An donatio facta absenti, & nondum acceptata iuramento firmetur? Et an per simplicem donationem, vel promissionem factam absenti, rite tamen ab alio legitime pro absente acceptatam, me obligem, possim tua conscientia eam reuocare, si is, qui pro absenti acceptauit, in reuocatione conueniat? Et an si donatarius moriatur, antequam sciat, ratamque habens donationem, siueque acceptationem pro se rite factam,